Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



103

suas dissipatas. Hic
visitabo oues meas
et liberabo eas de omni
bus locis in quibus dis
persae fuerant in die nu
bis et caliginis. Et e
ducam eas de populis et
congregabo eas de te
rris. Et inducam eas
in terram suam: et pa
scam eas in montibus
israel: in rivis et in cun
ctis sedibus terre. In pa
scuis uberrimis pas
cam eas: et in monti
bus excelsis israel erunt
pascue eorum. Ibi requi
escent in herbis viren
tibus et in pascuis pin
guibus pascentur super
montes israel. Ego pa
scam oues meas: et
accubare eas faciam
dicit dominus deus. Quod
perierat requiram: et
quod abiectum fuerit alli
gabo: et quod infirmum
fuerit solidabo: et quod
pingue et forte custo
diam. Et pascam illas
in iudicio et iustitia.
Dicit dominus omnipotens. Gradualis.
Protector noster aspice de
us et respice super seruos tu
os. ℣ Domine deus virtutum
exaudi preces seruorum tu
orum Tractus. Domine non secun
dum
In illo tem. Matutinum.
D.i.d.l. Cum venerit
filius hominis in maie
statem sua et omnes angeli
eius cum eo: tunc sedebit su
per sedem maiestatis
suae. Et congregabuntur